Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38173
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



38

& boni/malique scientiam penetrare debeas. Cumque cognouissent se esse nudos consuerunt folia ficus & fecerunt sibi ficos & fecerunt sibi perizomata uel subcinctoria uel campestria sic alia translatio dicit; Cognouerunt se nudos a gratia scilicet quia illis fiebat ut nuditas corporis nulla eorum mentem lege peccati repugnante confuderet; Consuerunt folia ficus utique inobedientiae suae carnis confusi; Bene itaque ex foliis ficus se texuerunt. Folia ficus quippe designant pruritum carnis quo iam urebantur post peccatum; amiserunt enim gloriam simplicis castitatis. & ideo adduplicem libidinis prurigine confugerunt. id est quia aestum ardoris quem patiebantur in mente. ex foliis fici ex quibus probatur ardor excitari in corpore tegendo duplicauerunt. Tradunt namque siuirgulta seu folia ficus quis inciderit quod liquor quasi lac emanat in modum uiruis hominis & incendit cutem atque urit humanam. & ideo inquiunt significant prurigine & ardorem libidinis unde estimant. quod ex hac arbore uelitum pomum attigerint; Possunt & iam iuxta nullas folia ficus amaram amaritudinem uindictae significare; Spiritaliter foliis ficus se contegunt. quisquilum asperum amplectuntur. qui prurigine uoluptatis carnalis utunt. Quique decepti heretica prauitate & gratia xpi nudati tegumenta mandatorum atque folia ficus colli